

Biblioteka Śląska

113642


I


CIMELIA

MF

Kzg 1 2857/67 100 000







S T A N I
S L A I O R Z E C H O
wski Rutheni, Ad Sigismundum Poloniae Regem
Turcica Secunda.
da. . .

C R A C O V I A E.
In ædibus Hieronymi Vies-
toris. Anno Salutis.

I S 4 4

113642 I MF



Biblioteka
Wrocławskiej

STANISLAI ORZECHOWSKI Rutheni ad Sigismundum Poloniæ Regem Turcica Secundi.



ELLEM DEVS
fecisset Sigismunde Rex,
vt studium meum in rem
pub. fidem verò erga te ex
alio potius cognouisses,
quam ex hoc de bello dicendi genere.
quod etsi necessarium est, non affert tñ
illam alacritatem in dicendo oratori, qua
se is auditori presertim tantò: commen
dere possit: quid em minus licere videtur,
quam me hominem priuatum: tenui in
genio: mediocri tetum usu predictum,
apud te Regem summum, ac multis vi
ctorijs clarissimum ducem, de bello vers
ba facere: verum quoniam hęc mea sors
fuit, vt mihi non aliud tempus dicendi
daretur apud te, quam hoc, quo tu tuum
rēgnum in postremum periculum addu
ci vides, mirari non debes, si metu pre
sentis seruitutis excitatus in conspectu
tuum de bello dicturus prodierim. qui,

A ij

mediu

metus inquam , quantus est vides, ut iam
nemo sit in tuo regno qui nunc de vita,
et de libertate sua agi non putet.. Cum
enim Sólyma nnus Turcarum tyrannus
antea varijs semper , & exquisitis artibus
iter sibi in Poloniā muniret : ad eamq;
rem fœderer tecum inito, libertatem agens
di quę vellet subsidio sibi compararet,
nuper deuicta Vngaria , expulso Ferdinandi
exercitu , omnibus præsidijis Ger-
manorum expugnatis, finitimus tibi, re-
gnoq; tuo est factus, ita ille multo san-
guine quesitum à maioribus suis ex Thra-
cia in Poloniā iter, tot exercitibus Vn-
garicis cēsis : tot legionibus Germano-
rum deletis : tanto deniq; interitu suorum
sibi, regnoq; suo per Vngariam nuper pa-
tefecit. Quid enim aliud sibi volebant
periuria illa , quibus ille abs te foedus est
ementitus & nisi vt hoc fraude abs te im-
petraret, quod Baisetus à fratre tuo : Ma-
chumetus à patre : Amurates à patruo
armis impetrare non potuerunt. quid nam
illud est & videlicet vt tu religione fœde-
ris impeditus , neq; Valachiam defens-
deres : neq; Vngarie opeū ferres, ita ille
animo soluto , ac libero iter facere per v-
tramq;

tramq; prouinciam in Poloniā sepe co-
natus, tandem aliquando initio tecū foedus
dere confecit. Neq; cīm aliter poterat: necq;
verò alia via id se assequi posse sperabat,
nisi forte ita dementem Solymannum
esse putamus, ut non intelligat quantis
olim Vladislai opibus Amurathi poten-
tia fracta, debilitataq; sit: à Machumeto
etiam quibus viribus, quanto animo, quo-
ue ingenio Valachiam Casimirus pater-
tuus recuperauit: hēc ille vetera cum re-
cordatur, tū etiam hēc noua atq; tua non
ignorat. Te quoq; ab ihs ortum eum esse,
quem tremeret Asia: quem domi ciues
optimum regem, foris verò omnes gen-
tes bello insignem fateantur esse duccm.
Itaq; cum interclusum sibi iter in Polo-
niā virtute tua videret simulatione fœ-
deris, atq; societatis sublatis de medio ar-
mis tuis, sensim, pedetentimq; per Vn-
gariam, & per Valachiam viam sibi in Po-
loniam muniuit, vidente, & sentiente te:
eum quidem sibi ille omnia, tu tibi nihil
licere propter initum foedus putares. Sic
ille Valachia occupata, Vngaria etiam
subacta, non solum harum prouinciarum
victorem se esse arbitratur: sed etiam res-

A ij gni

gnis, atq; imperij cui dominum, quod ea in
manu sua esse dicit, vt hoc palam dictis
tet, Poloniā triennio, ad summum qua-
triennio perituram, quam vocem eius
ad te nuper vir fortis, & industrius Ioan-
nes Ocieski legatus ab illo rediens detu-
lit, que sanè vox iudicio tibi esse debet,
quid ille speret, quidue cogitat. quando e-
nīm ista illi primū in ore vox esse cœpit:
num cum is cum Ludouico, postea cum
Ferdinando bellum gessit: non opinor.
tum em te socium, atq; amicum appella-
bat: tum te ad initiationes filiorum, & ad
nuptias inuitabat, tum deniq; omnibus
officijs foedus illud funestum abs te sibi
expugnabat. An verò tum hēc ab illo e-
missa est vox, cum vir clarissimus, ac om-
nibus bellicis laudibus cumulatus Im-
perator Ioannes Tharnowski auspicij
suis fuso, fugatoq; Petro Valachiam re-
cepit: ne tum quidem nam illo quoq; tem-
pore, presto tibi contra Petrum verbo, re-
uera aut contra te pro Valachia aderat.
Si ergo tu antea semper Solymanno so-
cius, atq; amicus, nuper vero hostis esse
cepisti, dubitare non debes, ab illo non
amicitiam tuam, quam nunc absq; causa
contē

contemnit : sed Poloniā, quam non sine
causa semper concupiuit omnibus illis
officijs, atq; foederibus esse quēsitam. Cui
cum iam vndiq; immineat, cumq; & Vn-
garis socijs, quos ante oculos tuos crudel-
lissimē sustulit: & Valachis, quos tibi per
fraudem eripuit, Poloniā nudatam à se
videat, iactat, denunciat, minatur quē
vult. Quod si quis tantis rebus gestis as-
liquid aliud moliri Solymannum putat,
q; vt quāprimum huc irruat, vchementer
errat, nunq; ille profecto ita īsaniet, vt
oportunitatem tantam & locorum, & tē-
porum prētermittat, quantam nunq; an-
tea neq; Amurathes contra patrūm: neq;
Machometus contra patrem: neq; Baisetus
contra fratrem tuum : neq; etiam is idem
Solymannus contra te habuit. quod ego
vt ostendam, peto à te, vt me benignē, &
attentē audias : neq; ea contemnas, que
à me de communi periculo dicuntur, non
ēm est alienū à prestanti tua sapiētia, nihil
eorum aspermari, que dicuntur ab ihs, quo-
rum de vita, & de libertate agitur : quiq;
tibi periculis omnibus sunt coniuncti. Sed
tñ id, quod me demonstratum dixi : hu-
iusmodi est, vt sua sponte cuiuis in mens

tem possit venire. Alterum em̄ s̄horum
Soly manno necessariū est, vt aut ex Vn-
garia in Poloniam directa transeat, aut
inde in Germaniam omnem vim belli
conferat. Nec̄ em̄ ille Vngaria erit con-
tentus: nec̄ etiam interdictum illi esse pu-
to quo minus ille huc, aut illuc transeat.
At si d oceo Germaniam hoc tempore ab
illo tutam esse, vinco Poloniam omnibus
telis Turcicis esse propositam. Quod si os-
tendo, par erit te cogitare, quo pacto om-
nibus tuis opibus, consilijs, atq; copijs ad-
uentantem Solymannum à tuorum in-
teritu prohibeas: quid em̄ est, quo quisq;
cogitationes tuas alio transferat: aut quis
est, qui facilius cum Germanis bellum So-
lymanno, q̄ cum Polonis fore putat: ni-
si forte sit is, cui neq; Germaniq; neq; Po-
loniq; ratio sit probe nota: tibi certe, qui
multo huius gentis vsu, imperio etiam
Germaniam perspectam habes, nihil mu-
nitius contra omnem vim Turcicam hac
prouincia debet videri. Sola enim mihi
videtur Germania ex omnibus prope-
modum terris, atq; prouincijs ea esse, in
cuius sit manu bellum cum hoste aut a-
pertum gerere: aut illud à mœnibus ac
yrbibus

vrribus propulsare? quarum talis, actanta
huic genti est copia , vt vrbs vrbem pres-
mere, ac vrgere videatur : que huiusmodi
sunt, vt & edificio vrbium : & varietate
munitionum : & magnitudine ciuitatum,
& multitudine earum , facile omnibus,
que vbiq; sunt vrbes, antecellant , quibus
Germania ita fudit , vt singulas omnibus
Solymani copijs opponat. & merito quis-
dem : quis enim est, qui ab illo Noricum,
Augustam , Vitembergam , Lubecum,
pretereo alias infinitas, ne enumeratione
tibi sim molestus : quis inquam hastans
tas, tam preclaras , tamq; munitas vrbes
facile a Solymanno putet posse capi: cum
Vienna , omnibus rebus istis impar, bis
ab illo oppugnata vehementissime, omnem
Solymannii vim, bellique molem, uno dun-
taxat muro exceperit : & hunc ipsum So-
lyinannum hoc eodem muro progredi
longius vetuerit, ita ille quantus, quantus
erat totus heserat in Vienna , vt atritum
ac debilitatum exercitum bis inde domum
reduceret: vt illum & itinerum, & oppugna-
tionum vehementer peneret. Quod si
Vienna tam acris contra vim Turcicam
tamq; fortis fuit, quid tandem illum spes

A y rare

rare credis, cum reliquas Germanie vrbes adierit paratores, longeque munitiores: que huiusmodi sunt, ut alias natura ipsa tueatur, multas ars, & industria: non nullas vero hominum ipsorum vis, atque virtus: que cum ille intelligat partim periculo edocitus suo: partim relatu alicrum, Germanie ne a se noceri possit, multis rationibus esse prouisum, abuti illum secundis rebus putarem, si eo bellum potius conferat, ubi non minor illi pugna cum muris, fossis, & aggeribus, quam cum ipsis hominibus sit futura, mihi quidem nihil videtur cogitare minus. Sensit enim cum alio genere hec minum rem sibi in Germania fore, quam fuerit olim cum Capadociis, Cylicibus, atque Syria: non hic Fryges: Fingemque vrbes, sed veres illos Germanos vittute, armis, atque vrbibus potentes reperiet. de quibus quieties ille cogitat, quamuis sit insolens, & barbarus: alio tam in animum, ac mente conuenit, sed nihil hec in causa profint; ne hec quidem, que dixi: apud hunc valcant: feratur sare ut solet in tanto rem successu amens, & cœcus: quidam enim illud contemnit, quod te scit intellegere,

ligere, cadere Germaniam non posse, quin
simul eodem motu Polonia corruiat: que
sanè res, si nulla alia, ipsa tū per se excita
ret te, ut in Germania tuā tuorumq; fa
lutem defendas. Ergo ille cum hoc sens
ciat, te à tergo in sequentem integrum, ac
valentem relinquet: & non curabit quo
pacto frangeret te prius, tecq; non urbiū
sed hominum regem, solo Marte, ac dext
era fidente in non appetet: non emollis
et: non omni ratione euertet, antequā ex
Vngaria quoq; pedem moueat: ut vas
cuos metu, accessione etiam imperij tui
adiutus, bellum ex Polonia non solū Ger
manis, sed omnibus gentibus commodis
us inferiat. In hac illum cogitatione ver
sari dies, atq; noctes scito: huc foedera il
lius: huc periuria: huc adeinpta Vala
chia: huc postremo dcuicta Vngaria
spectant: hęc ratio etiam Germanici bel
li, hic finis fuit: quod ab illo gestum est,
non ut Germaniam peteret: sed ut Gers
manos ab Vngaria remoueret, per quam
sibi in Poloniā magnis laboribus pa
rabat viam. quam cum iam expeditam
habeat, cumq; ad Poloniā inflammato
studio rapiatur, quid cause est, cur illum

ex Vngaria victorem in Germaniam pos-
tius, q̄ in Poloniam iturum arbitremur? quam scit nullo armatam muro & aditu esse facilem, & nullo fidentem propterea
naculo, neq̄ tecto? Quid si ne belli quis-
dem differendi illi causa remanet, mul-
tasq̄ esse doceo, propter quas illi euestis-
gio venire huc sit necesse: quid est, quod
aliquis possit existimare, quamobrem Ger-
manis ille prius, q̄ Polonis bellum facia-
at etem, quid tam Solymannus timet,
quam ne quo pacto tu vlla societate belli
cum Germanis coniungare? cum enim
iam pridem suspecta illi esset affinitas, quā
cum Germanis principibus partim Heda-
uigi filia: partim sororibus in matrimonio
nium datis contraxeras, tum verò nunc
non iam suspicio, sed terror incredibilis.
illum inuasit, quod videat filiam Ferdinādi
cum filio tuo collocatam: cum quo ille
non de imperio solum, sed etiam de vita
bellum gerit. An ita ille amens est, ut non
intelligat, tibi non licere, neq̄ fas esse, eius
regis salutem, imperium, atq̄ dignitatem
descrere, cui tam sancto foedere, ac tam
arcta necessitudine es iunctus, etiam si
nullum ex afflictis Ferdinandi rebus ti-
bi

bi, regnoq; tuo creetur periculum. Nunc
vero cum hoc Solymannus intelligat, te
non solum affinitate Ferdinando, sed om-
nibus quoq; periculis esse coniunctum,
cauet diligenter, ne quo pacto illum vel
à tergo adoriare in Austriam euntem: vel
cunctantem, atq; procrastinantem, hac
venire anteueratas, hęc ille, & alia multa,
quę breuitatis causa prētereo: cum aperte
fieri sentiat, non differet tempus, sed vi-
ctor Vngarie iam hic tibi aderit: ut & ar-
ma tua celeritate opprimat: & quesitum
iam olim à maioribus iter, ac vix tandem
aliquando à se internitione Vngarorum
patefactum in Polonię ineat, atq; confis-
ciat: ad quam rem quidnam illi nunc iam
obstat, num loca ad inferendum bellum
aptas num Valachia propugnaculum quō-
dam tui Regni tutum? At illa iam tota in
potestate Solymanni est. Num Vngaria
caput patrimonij Polonici, erarium Reis
pub. subsidium annone, horreum huius
regni vetus? Athanc quoq; prostrata, atq;
iugulatam ante tuos oculos iacere vides,
num tempus? At illi expulsis ex Vnga-
ria Germanis commodius dari nequit,
nisi forte illud, quod quidam dictitant,
et quod

et quod nos falsum esse paulo ante docui-
mus, videlicet illum ex Vngaria in Ger-
maniam prius iturum , ita credo , cum
mœnibus Germanorum Solymannus,
et cum vrbibus bellum geret potius, quam
cum campestribus Polenis. quibus altes-
rum horum tantum datur aut vincere,
aut mori, nihilq; præterea tertium. armis
enim non muris, neq; fossis virtus Polo-
na crevit: & in campis pugnando , non
sub tectis delitescendo, tantum tibi impe-
rium maiores tui condiderunt. Quamob-
rem, si neq; ille munitionibus Germanos
rum suos obiciet, neq; te à tergo relinquat
neq; causa alia vlla est, quo minus ille ad
cogitatum facinus apropperet, quid est quod
quis dubitet Solymannum non in Gers-
mania Poloniā, sed in Polonia Germa-
niā eversurum: Quid: hoc tibi non Vn-
garorum reliquie, non ipse Petrus Valas-
chus, monent, prædicunt, ante denunciant
magnum malum vt fugias: & vt ne quid
foederi, ne quid sociari, neue quid fidei
Solymanni credas: Quod si satis nondum
cernis, cum insidię, perfidia, scelusq; Tur-
cicum, tot, tam claris argumentis, signisq;
luceant, Solymannum nullo foedere con-
tineri:

tineri: nulla fide coērceri: nulla re infes-
rendi belli in aliud tempus reici , recorda-
re queso, que fuerint legationes eius , qui
vultus legatorum, que oratio: cum alias
semper, tum verò nuper,cum virum for-
tissimum Bernardum Prethuicum ex fœ-
dere abs te repetebat , tum facilius de il-
lius in te voluntate statues . sed quibus
tandem de causis Prethuicum repe-
bat : referre hercle pudet. videlicet quod
is obstarerit, quo minus firma pax coēat in-
ter te, & illum. quid ita: quia inquit cum
ingenti ex Russia præda redeuntes Scy-
thas apud Ocacouium deuicit : quod præ-
dam inde domum : quod victorem exer-
citum reduxit. præclara verò violanda fœ-
deris causa. hęc ille crebris legationibus
summa cum verborum insolentia, atq; im-
pudentia abs te nuper repetebat. ex quo
obscurum non est, Solymannum nunquā
pacem tecum fecisse , sed inito fœdere bel-
lum ad has oportunitates distulisse . Cum
enim iam et Vngariam possideat, & Ger-
manos inde eiciat, fingit nunc causas, cri-
menq; comminiscitur. vt inde quiuis pos-
sit existimare, bellum quidem ab illo iam
pridem tecum geri re,atq; factis; verbo aus-
tem

tem, atq; legatione nunc primum denun-
ciari. Quid em queso sibi volunt aliud ista
verba: REDDI PREDAM IV-
B E . quid ita : quia etsi iure foederis est
tua, attamen, lege periurij est mea. PRE-
THVICIVM EX CONFI-
NIO REMOVE, Cur : quia ni-
mium molestus est mihi, nimiumq; obstat
quo minus Valachis utar contra te, atq;
Scythis ut volo. hoc utiq; ille responderet,
si vera loqui vellet. Iam vero illi sermones,
qui passim iactantur à senatoribus, si tamē
senatores dicendi sunt: serui atq; illa porten-
ta Asiatica. Hi tamen legatis tuis, ut pros-
brum obiecerunt Scythas homines circum-
cisos vincitos in ergastulis abs te detineri:
Militem Polonum in Germanorum ca-
stris apud Pestum esse visum ; hoc sic abi-
re non posse . Multa sunt huiusmodi, que
ab illis palam iactantur : que tu scis ad
te nuper esse delata : que quidem iam in
ore sunt omnium, que quorsum spectant,
quam ad perniciem Regni tui , non in-
telligo . quod cum vndiq; sit iam à So-
lymanno insidijs septum , & cum totus
huc spectet : nullaq; res eum prohibes-
at , non foedus : non fides : non reli-
gio :

gio: non ius: non mos postremo gentium. contraq; sunt omnia, quę huc illum
principitē impellunt. opportunitas ante omnia vndiq; inferendi belli: deinde affinitates, ac clientelle Germanorum: & quod caput est filij tui vxor, qua ille sentit Polonis cum Germanis imperpetuum conditum esse foedus: hęc cum ille sentiat, & hac luce clarius fieri vidcat, nihil agit, nihil cogitat, nihil cupit, nihil optat, quam ut confestim Polonię occupet. ad quam tanto furore incensus fertur, ut etiam illa inuitus expromat, quę contra te diu cogitauit: & quę tibi contra illum prosunt: teq; cautum reddunt, ne te ille imparatum contra vim suam offendat. Quę cum ita sint, quid est: quo minus paternę, atq; auite virtutis memor, tuęq; in primis, te aliquando erigas, & illam dexteram multis victorijs Asiaticis insignem exeras contra tuum, regniq; tui hostem, qua & auertas à tuo regno furem Turcicum, & illud iter, quod interclusum illi antea vndiq; in Polonię fuit, virtute rursus intercludas tua. cernis quę te circumstent pericula, quęq; tibi presentem intentent ruinam: hinc effera imminet

B Scythia

Seythia: hinc capta Valachia: hinc Ions
gē, lateq; perdoinita Vngaria, non presi-
dium tibi, ut antea: sed periculum denun-
ciat: nec verò siam auxilium defensioni
tuę, sed exitium tibi, rebusq; tuis pollices-
tur. Et qui fide tibi prius, atq; societate
furant cogniti, illi ipsi contra te pro Tur-
cis arma ferunt flentes, quod illis in cus-
tria christianorum impia arma indueret, q;
bus illi fratres suos Polonus cuenterent,
fidemq; Christi seruatoris, quam in Vn-
garia sanguine suo obruerunt; in Polonia
quoq; delerent, que necq; tot cladibus ab
illo detessa Germania prohiberet: necq;
spes transferendi in Germaniam Turci-
ci belli retardaret. Ut iam nobis in te vo-
no omnis post Deū reliqua sit spes. Quid
em̄ est Sigismunde Rex, quod nos tantis
cinctos periculis seruare queat, si sapien-
tia destituamur tua: necq; cīm nos ad hanc
diem tñi armis stetimus, quantum auspi-
cijs, ac consilijs tuis, que cum summa, atq;
diuina Deus in te contulisset, toto hoc tem-
pore quo regnas, nulla nos temeritas af-
fixit: necq; vis hostilis peruerit. Sed cum
domi sapientia tua quieti, foris vero tuis
armis tui essemus, ad hanc postremam,

et affectam annis etatem tuam incolus
mes peruenimus. Recognosce queso me,
cum paulisper Sigismunde, que ratio etas-
tis, qui cursus regni tui fuit: quam an-
ceps, & dubius: quam periculorum plu-
nus? Septuagesimus hic sextus annus
est, quam tu natus es: dimidium eius tem-
poris regnas. quod queso in hoc spacio tem-
pus fuit, quod non testetur singulari Dei
beneficio te Polonis natum, atque datu esse
Regem: cum enim duabus potissimis, ac
maximis rebus imperia, regumque opes con-
tineantur, quarum altera felicitas, diu-
na quadam sorte datur: altera vero pru-
dentia bono quocam naturae comparatur:
que tametsi inferior sic priore, multo ma-
ior tamen est ceteris, que quidem in homi-
ne dicuntur bona. que sane due res, quan-
to maiores, excellentioresque sunt in homi-
num vita, tanto rarius a deo alicui simul
tribuuntur vni. Quid enim ad summam
prudentiam Ioanni Alberto fratri tuo des-
fuit: & tamen hoc infelicius fuit nihil. quid
contra Boleslao felicius Polonia vidit: et
tamen is, cum ob res gestas audax diceretur,
non solum imprudens, sed homo nequam
fuit, ut illi esset necesse in ea prolabi vis-

cia, quę nunc omnes horremus. Ita &
Ioannes Albertus id quod prudenter cons-
tituebat, quo minus exequeretur, pros-
hibebatur à fortuna: & Boleslaus prospes-
tro fortune elatus flatu, regnum prius as-
misit. quam modum cupiditati sue inues-
nit. At tu utriq; horum in utroq; dissimili-
lis, res quidem gessisti tantas, quantas in
Polonia ante te aut pauci, aut nemo: nun-
q; tamen fortuna plus in rebus tuis, quam
prudentia valuit. omnes siquidem res à
te gestę vt à constituto ducebantur ini-
cio, sic etiam certo cludebantur fine, non
enī tu imperium Oceano, neq; gloriam
terminabas astris, vt canit bonus poëta:
sed pace, concordia, atq; ocio regni tui. sic
tu ad immortalitatem non sanguine, neq;
occisorum hominum corporibus strauis-
sti tibi viam, sed conseruanda religione,
salute, atq; libertate tuorum. pro quibus
tu rebus tot, ac tantis cum plurima bella
gesseris, sepeq; victor fueris, ecquis tamen
est, qui te alio vultu prodeuntem in aciem
viderit, q; victorem ex prælio viderit re-
deuntem: ita in te neq; prudentia cedes-
bat fortune: neq; ipsa fortuna secundo
terum efferebatur successu, quem utiq;

tu in rebus modum tenere nunquam potu-
isses, nisi hic sensus fuisset armorum tuo-
rum: hec mens, hec ratio, ut non tuum,
sed Christi imperium: non tuam gloriam,
sed Dei opt. max. astris terminares. vns
de tu cum res domi prudenter, militie ves-
rò fœliciter gesseris, nullam tñ inde pre-
cipuam laudem appetebas, preter illam
comunem, religionis conseruare, sic tu
Rex regum christianissimus non solum
haberi, sed etiam dici merito debes, quod
hoc tam excellens cognomen non ver-
bis, sed factis, non priuilegijs, sed armis
tibi comparasti: esseq; q; dici christianis-
simus maluisti, ne si forte nihil dignum
tanto cognomine in te esset, in eodem essem
vicio, atq; culpa, in qua sunt hñ, quorum
arma atq; victorię non publicę christias-
norum utilitati, sed priuatę libidini elas-
borant: quiq; cognomen christianissimi
ad christianorum perniciem, ipsiusq; Chri-
sti exicium contulerunt, qui si nemine
suo digna facere voluissent, nunq; neq; ip-
sum Q. Cesarem opem ferre percuns-
tibus christianorum rebus prohiberent:
neq; socij belli Turcis contra christianos
essent, Quos cum iam vndiq; Turcico

B ij ferro

ferro cadere videas? quid est Sigismundus
de, in quo nos spem alio sitam habeamus
præter te? aut ad quem confugiamus, à
quo cœpem petamus præter te? quid enim
non modo nobis, sed omnino huic regno
salui esse potest sine te? quod cum tu mas-
gnis tuis periculis ad hanc dicim conser-
ues, quæsumus ne nos in hoc postremo
quasi vite tuę actu deseras. Cui enim Po-
loniam tam sanctis legibus, tam honestis
institutis ornasti? cui tantum imperium
condidisti? cui hec tanta relinquens? num
filio? cui adolescenti Solymannus vici-
nus imperium incertum facit. num no-
bis? quos suspensos metu, ac sollicitudine
vides. num reliquis christianis? quos bel-
lis intestinis perire cernis. Solymanno
igitur, hoc enim restat. O miseram condi-
tionem: vanamq; nostram spem. O ina-
nes curas atq; cogitationes tuas, si quidem
hunc ille finem habebunt, vt in tuo reg-
no, iura, leges abs te conditas: ritus, reli-
giones Iesu Christi per te conseruatas:
impurus Solymannus occupet, ac extin-
guat. vt in Polonia regnum Machome-
ticum constituat: vt Basse impuri, atq;
illi servi gentis Ottomanicę, phana spo-
lient

lient : aras deiciant : sepulchra maiorum
euertant: liberos ante ora parentum: uxores
ante coniugum stuprent, violenti, bona,
fortunas, diripient : nomen ipsum genesi-
usque Polonicum excidant , ac delcant,
postremo , id quod nuper illum Strigone
capto fecisse vidimus , ut Pelenis cœ-
sis , fluuiosque genutenus equi exundanti
sanguine , omne Sarmaticum consecret
Machumeto solum , in quo regnarunt,
ac Christum coluerunt , mortuorum sunt
omnes maiores tui , qui si una voce lo-
querentur , hoc dicerent , Nos Sigismuns
de regnauimus quondam in hac terra , in
qua tu nunc quam cum armis nostris con-
seruatam tibi tradidissemus , non metui-
mus , né quid huic regno noceret Turcica
vis , cuius nos reliquias conficiendas tibi
transmitteremus , nec enim Amuratho
infestior : nec Bayseto perfidior potuit post nos
huic regno hostis esse : qui tamen emi-
nes pacem petere à Polonis per nos sunt
coacti , cum hac spe in hac terra sepul-
ci sumus : hic aras, hic tumulus, hic me-
numenta virtutis , rerumque gestarum
condi nobis voluimus : que laicent in

B iiiij tutela

tutela ac presidio armorum tuorum, que
tū omnia preter speim commoueri vides
aduentantis Solymanni metu, iam hic ero
go ille aderit, de nobis mortuis poenas oc-
cisorum maiorum exacturus : insultas
bit crudelis ille captis aris, & nobis sepul-
tis: hęc spolia, & has manubias, hęc etiam
ipsa triumphorū insignia, que nos de Tur-
cis viui tulimus : & quibus omnia Regni
templa , atq; tecta exornauimus eripiet,
exterminabit. excindet cum ossibus, ac ci-
neribus nostris: quod ne accidat, tuum est
prouidere: et i primis curare, quomodo hęc
omnia preclara à nobis derelicta, que in te-
plis, que in foro, que in regno vides conser-
ues, virtute, armis, ac opibus tuis, sacras eti-
am ceremonias, ac religiones seruatoris, que
nos & ipsi sanctissime coluimus, & vobis
nostris posteris tradidimus : omni ratione
defendas. hos postremò Polonos , quos
tuebamur olim : hanc patriam pro qua
multum sanguinem effundimus: hęc se-
pulchra , in quibus nunc quiescimus: tibi
commendamus. potes tu Polonorum tue-
ri libertatem Sigismunde : omnia in te
sunt uno, que in nobis fuere singula, nec
enī quisquā nostrum te vicit prudentia: ne-
mo

mo anteiuuit fortuna: pauci etiam rebus
gestis tibi fuimus pares. quapropter tibi
supplices manus tendimus, a te mortui pe-
timus, vt tu his, ac tantis bonis hec tria si-
mul defendas. Libertatem primò tuorum:
deinde salutem tuam: postremò quietem
nostram. vt in hac terra libera & tu reg-
nes, & nos requiescamus sepulti. si omnes,
vt dixi, maiores tui loqui possent, hac vo-
ce vterentur, quod quoniam non possunt,
mortui tibi hanc Rempub. hanc patriam:
hos ciues commendant: quorum omnem
statum in dubio esse vides. non enim iam
nobis de Russia bellum cum Schytis est,
qui predam, non regnum petunt, non de
Lithuania cum Moschis, quibus cum tu
vt vis bellum geris, non de Prussia cum
Germanis, qui ex quiete amant victi, quam
victores timent. Sed bellum tibi est cū acer-
rimo, non iam hoste, leuius id quidem no-
men est: sed cum violatore fidei: contem-
ptore fœderis: predone iuris humani: la-
be, atq; perniciē omnium quę inter homi-
nes sancta, quę honesta, quę legitima ha-
bentur. qui non partem aliquam Polo-
nię, non homines, non regnum, non impe-
rium saluum occupare vult, sed ne quod

B v ves

vestigium gentis, nē quod sanguinis, nē
quod nominis exter Poloni, hoc solū vult:
hoc cupit: hoc cogitat, vt hic Turcas col-
locet: vt hęc templa Machoineto conse-
cret: vt has vrbes, hęc rura, hęc opida Sas-
racenis compleat: vt in cinere regni, & in
sanguine tuo regnet. vt hinc securus va-
dat quo velit: & bellū faciat cui velit. Cui
situ te iam non opponis, si non qđ primum
illi occurris, quam spem filio, quam nobis,
quam tibi relinquis: quò tandem conso-
labere senectuem tuam: quem deum, aut
quē hominem tibi opem laturū arbitraris,
si te ipse nunc deseris, si te abicis, si te pro-
sternes: dum adhuc integrę vires regni,
dum opes tibi: dum consulendi tempus est.
sentis nihil valere fœdus: animaduertis
quantis ille furoribus incensus huc fertur:
patere Turcis ex Vngaria viam non cer-
nis: per Valachiam quoqđ in Poloniā
properantem Solymannū non vides: quid
in Gręcia: quid in Ilyria: quid in Vnga-
ria egerit non recordaris: non pertime-
scis: non tibi iam prospicis: an verò fœ-
dere te prohiberi dices, quo minus tu bel-
lum illi inferas. O miseros nos, si quidem
aliter perire nō potuimus, quam inito fœ-
dere

dere : aut si Solymannus aliter regnare
in Polonia non potuit, ni prius illi religio
nostra in Poloniā aperuit̄set viam : an
tu homini post homines natos perfidio,
sissimo, quem non fides, non iuriandum,
non hominum pudor, non deorum metus
a cogitato facinore vñq; prohibuit : hinc
inquam tu belue in condenda tyrranide
aliquid aliud suffragatum putas quā fœ
dera: quām perjuria, quām dolos: quām
fraudes: quām omne perfidię genus:
Testis est Grēcia, cuius ille fallendo, &
peierando dominus est factus. Testis est
Valachia, quām socius tibi eripuit, atq;
amicus. Testis est Vngaria, in qua euer
tenda, ostendit se nullos omnino deos, nul
lum numē, nullam cœlestem vim, qua hēc
omnia continentur, & reguntur suspicari.
Quod enim scelus dum euerit Solcusium
non attigit: quos deos Strigonio capto
non lesit: quod numen, quam religionem,
quam fidem non violauit, dum Altam
regalem petit: nulla res fuit neq; in cœ
lis neq; in terris per quam tum, dum hēc
caperet non iuriaret, videlicet, se ditione
contentum, ciues pati abire quō vellent.
an hoc ille non iuriavit per directum im
periū

perij sui : at vide queso quam p̄actis stet
terit, nam cum ex Strigonio ciues miser-
os, atq; infelices hac eadem conditione
eiecerit, missis ultra Danubium, qui fugiē-
tes exciperent, totum illum infelicem co-
mitatum crudelissimè sustulit, cum hoc tu
homine tibi fœdus sanctum esse putabiss-
huius fide tenebere : hac deniq; tam pre-
posta, tamq; peruersa religione impe-
diere, quò minus hostem tam turpem, tam
fœdum, tam perfidiosum, à tuis, tuorumq;
ceruicibus depellas : qui omnis humanis-
tatis ignarus, & expers, fidem, fœdus, &
insurandum in vitam hominum ideo pus-
tat introductory, ut his ille, ad perniciem,
atq; pestem generis humani abutatur. Nā
cum aliorum victorijs finem fœdus affes-
rat, huic soli ad victoriam fœdere paratur
via. ad hanc illum perfidiam cum natu-
ra ipsa finxisset, tum verò Mahometi le-
ges confirmarunt: ut Christianum non
modò nefas non sit occidere, sed fallere
omnino, ac quouis periurio de medio
tollere sit Turcis pium. hac sane lege So-
lymannus magnus est: hac etiam eadem
victor horribilis patatur, cum icto fœdes-
retu tibi nihil, ille contra omnia sibi liceat

re ar-

te arbitratur: cum contra te spe incautum,
atq; opinione tutum, omnibus occasio/
nibus vtatur: cum non metuit, ne tua à se
Iesus iniurias persequare: cum omnes co/
natus, atq; impetus tuos omni fraude,
fœdere, atq; periurio cludat: Cum tibi po/
stremò nihil relinquat, quò tu sis tutus,
preter illam cautionē. vt ne quid illi credas.
Quia in obrem cum omnia illa quibus So/
lymannus fallendo antea valebat illustra/
ta, ac comperta sunt per te, quid est: cur
hic ociosus tyrannum expectes: aut quid
obstat, quo minus duce Deo omnes illius
insidias nepharias, quas tibi, nominicq; Po/
lono facere conatur, omni studio, celerita/
te, diligentia, deuites, ac repellas:
Ad quam rem perficiendam adiutorem tibi
fore sperare debes Deum: cuius ille fidem
atq; iusjurandum cum periurio primum,
deinde omnibus insidijs expugnet, non
erit hoc illi impune: sed ille ipse Deus, cu/
ius religiones, ceremonias, ritusq; defen/
dis, pugnabit pro te: necq; sinet interitu/
regni tui, regnum suum in hominum vi/
ta deleri. qui te clara voce ad hoc bellum
apparandum, atq; suscipiendum vocat.
dum omnium gentium consensu, peri/
culum

eulum tibi denunciat. neq; enim ille alio
ter nobiscum loqui solet, q; isto communi-
ni hominum ore. atq; sono : neq; etiam
alia signa habet, quibus nos ad audiendum
impellat, quam hasce occasiones, tempora
atq; loca que cum apia fuerint ad id
quod volumus, dubium non est eum id
velle, quod nō cupimus: quodq; conamur.
Quis enim nunc aut Germanos aduersus
Turcas excitauit : aut Valachos fidem
uiam implorare coēgit : aut Polonos hoc
bellum Turcicum abs te efflagitate per-
suasit : Nemo est mihi crede Rex, pr̄eter
illam cœlestem vim, que hanc mentem
iniecit Polonis, vt impendentem perni-
ciem armis repellant : que Germanos ir-
ritauit, vt Polonię pereunti opem ferant,
que Valachos adegit, vt cum Christias
no tecum duce, q; cum Machumeto tyran-
no esse malint vt cum istinc Valachia,
illinc Germania, hinc verō Polonia Tur-
ca teneretur in Vngaria conclusus, cum
postremo adesset ipse D:us vltor perfis-
dię Machometicę : propugnator religi-
onis sue : defensor regni tui : qui ab illo
pœnas illius periuriū expetat, quò ille tot
gentes, atq; nationes subegit : quò Christi
regnum

regnum diminuit: quo omnia sancta, atq; legutima inter homines deleuit. non est hic tantus, tot gentium consensus huma-
no consilio, nè mediocri quidem Rex Dei
cura perfectus. in quo ille residens, palam
tibi voce preit, quid te sequi, quid cauem,
quid spectare in tam apertis Solymanni
infidijs oporteat: Non solum vero hec
pericula ille tibi ore hominum predicit,
sed etiam eas gentes tibi conciliat, quibus
tu finitimus regno, periculoq; es. neq; ve-
ro hos solum, sed etiam illos, qui eti; lon-
gius absunt, nomine tñ eodē tecum Chris-
tiano censemur. ut sunt virtute, ingenio
fide insignes Hyspani. Et cum his vi-
ctores orbis terrarum quondam Itali. qui
& sua sponte, & fortissimi, ac clarissimi
viri Q. Cesaris studio, opem tibi ad com-
munem libertatem deferendam profitetur.
adderem & Gallos, nisi i; maiorum obliti,
omnes Q. Cesaris conatus contra Turcas
impedirent consultò. sed tamen istis exce-
ptis, vides nè tu, quas tibi gentes vltò
conciliauerit Deus: & quos tanq; ad incen-
dium regni tui restinguendū cōuocauerit
que quidem si alieno tempore, & certo eo,
quo tu extra periculum esse tibi eueni-
rent

rent, esset fortasse quod quisq; suspicari possit, casu ea tibi, non diuino cōsilio accidisse. Nunc verò cum nulli magis periculum ex Vngaria minetur, q; tibi: & cum Solymannus totus quantus est hic spectat: Et hostis ipse nulla contineatur fide: nulla prohibeatur causa, quominus in Poloniā irruat, reliquum est Sigismunde Rex ut in summo rerum, regniq; tui discrimine agnoscas beneficium Dei quo tibi ille, defensioniq; tuę ipsum proptermodum orbem terrarum, opem ferre coēgit. Iam verò illa domestica, atq; domi nata tuę, quò tu alio referres: quòd omnes adsunt omnīū ordinū homines, deniq; omnium etatū: qui abs te hoc bellū depositunt: abs te petunt, te orant atq; obtestantur, ne se foedem Turcico perire sinas: neve in alio, q; in armis extremam spem salutis huius regni ponas. Inf' hos adsunt Esequites Poloni, mors, & terror Turcarum, atq; Saracenorum omnium, in quibus est is animus, vt si etiam illis auxilijs carcas, que dixi, tamen illi authore Deo, & te duce freti, copijs, ac pr̄sidijs domesticis sati se paratos contra omnem vim Turcis, cā esie arbituantur, quos s̄epe dissentientes

antea

antea, hęc tñ causa, atq; hoc commune periculum ita coniungit , vt post Poloniā conditam. aliud tempus in hoc regno non fuerit, in quo eque omnes sentirent, vnum atq; idem. qui hunc solum exitum Comitiorum Piotrkouiensium expectat, vt illis periurio Solymanni delusis, atq; in hanc sollicitudinem , ac timorem adductis, ferro salutem, atq; libertatem , sibi, liberis, ac coniugibus suis, per te vt querere licesat. Necq; vero in hoc fortissimo , ac clarissimo equestri ordine hęc mens solum est, hęc sententia , sed pari studio adest amplissimus sacerdotum ordo , qui quod videant in postremum periculum religiōem Christi adduci , nē ea quidem conferre ad hoc bellum recusant , que maiores nostri loco sanctioris ęrarij in sanorum abditis condi, & adseruari ad incertos huius regni casus voluerunt. nota em tibi est diuina illa Petri Gamrathi Pont. Max. vox que nuper in Conuentu Sredensi intonuit magno Equitum Polonorū assensu, cum ille collectis omnibus exemplis accuratissime moneret Equestrem ordinem par esse , ceteris rebus posthabitatis, ad hoc bellum omnes imcumbere , in quo

C

vno

vno posita est salus Regni: ad eiusq; bellū
vsum non solum ea, quę in priuato certa
cuiq; eisent: sed etiam ea, quę infans san,
ctissima haberentur conferri oportere.
quam eius non ex humano ore, sed cœlis
tus emissam vocem non murmur, sed clas,
mor maximus totius concionis est subse,
cutus. ita grata erat illa summi viri vox,
quę dicatis quoq; Deo rebus salutem pa,
trię redimeret. Omnis præterea urbano,
rum, ac rusticorum adest multitudo: etiam
tenuissimorum. qui præsentis seruitutis ex,
citati metu, tibi supplices manus tendunt,
tibi vitam suam, tibi sedes, tibi fortunas,
libertatem, coniuges, parentes, liberos com,
mendant: ad te deferunt facultates suas:
ac pecuniam etiam, quam habent, tibi ius,
gulum pro vita huius Regni ostentant, ti,
bi presto armati omnes adsunt, te orant,
vt te aliquando erigas, vt Solymanno ve,
nienti iam nunc occurras, né quid falso
fœderi illius, nequid ementitę religioni cre,
das: deniq; , né periurio Turcico vitam
nobis eripi sisas, quam nos tuę fidei, tuę
virtuti, tuę fideli dexterę commisimus.
Quod si tu nobis pereuntibus fœdus abs,
te ictum obicies, si te remorari dices fide
data

data hosti, vide queso nē sit per iniquum,
et non ferendū, te illud putare fœdus, quod
ipse Solymannus hostis nullum esse iudic
cauit. cum enim ea conetur contra te, que
perniciem huic Regno, atq; pestē afferunt,
quis tandem est, qui fœdus hoc vestrū
dicat esse potius, quam insidiosas simulati
ones spe tua, ac fraude Solymanni in
signes? neq; enim verbis, sed veritate reli
gionem & legum, & fœderum existimā
re debemus. si enim illi fœderati dicuntur,
quos eadem in fœdere continet fides, que
ab utra tandem parte fuerit violata solvit
fœdus: quomodo fœderatum te Solymā
no esse defendes, cum te videoas ab illo vni
dig̃ peti: atq; oppugnari: quod si in priua
tarum rerum usurpationes ratę non fiunt,
nisi apud utramq; partē perequē custodiā
tur, ita vt si quid in pactione ab altero fue
rit violatum, alter pactioне non teneatur,
quid tandem sentire debes in hac causa,
qua sola nititur imperij cui salus: que quā
tō maior, potiorq; est, tanto fœdus hoc
funestum, atq; exitiosum, nulla neq; res
ligione, neq; veritate constrictum: non fœ
dus, sed dolos, technas: ac insidias Ma
chometicas existimare debes, que quidem

C. iij omnia

omnia latent in hoc specioso', atq; sancto
fœderis nomine, quod ille cū ad exitium
tuum conferat, stulti sumus si nos false reli-
gionis vinclis deuinctos, ac constrictos vlo-
tro Solymanno dedamus, quod ille cu-
pit: hacq; mente vt tu sis, in primis optat:
vt se videlicet amico, q̄ hoste vti malis,
dum Germanos ab Vngaria remouet:
dum reliquias Vngarorum conficit: dum
sibi per Vngariam in Poloniā iter munit.
quid em tandem ille responderet aliud, si
quis ab eo quereret: fœderato vteris Si-
gismundo Solymanne. quid ita: nempē
quod Vngariam per hoc fœdus capere
volui. quid capta Vngaria consequebarer
nihil, nisi Poloniā: quam olim auus:
proauus: pater petebat meus. At iuriurā
dum fœderatum tibi Sigismundum fa-
cit, quod te violare fas non est: mihi ve-
ro fas est, quod Machometus iubet, &
quod lege nostra licet: que mihi religio-
nem, & fidem laquei vice contra ipsos por-
trigit christianos: vt vel istis inanissimis
nominibus illos, si secus non possum, ca-
pros de medio tollam, & quo quis malo ma-
tem. Si igitur hoc ipse Solymannus con-
suletur, quis tantam perfidiam, quis tam
aper,

apertum periurium, quis tantum seclus,
foedus esse audet affumare: cum ipse
hostis, hostis inquam regni, ac nominis
tui Solymannus, cui hoc vni omnium ma-
xime expedit, non audet negare: aut quis
tam erit infestus, infensusque nobis, qui te
inanibus verbis, quibus nulla subest res,
prohibeat ne tibi iam nunc prospicias: ne
nobis periclitantibus subuenias: teque pos-
stremo cogat, ut ficta religione vinciam,
atque constrictam Poloniam Turcis tra-
das: quis vero erit tam preposterus, ac
peruersus, qui cum iam omnia parata, atque
instructa contra te Solymano esse videat,
tibi nunc ius foederum: rationem, religio-
nem: fidem etiam Turcicam opponat: qua
ipse ut vides orbis terrarum cadit.

ET tamen adhuc sunt, qui in tan-
to metu, ac tanto regni tui periculo exem-
plis etiam nobis contradictant. cum in simili
causa Vladislaum patruum tuum Vars-
nenisi prelio victum, debitas poenas vio-
lati foederis Amuratho persoluisse contes-
dant. In qua tandem causa hoc homines
stultissimi affirmant: nempe in ea, que
memoria patrum nostrorum gesta est. cui
Alexander ayus mucus interfuit, qui ex

C in Russia

Russia adolescens ad illud Varnense bel-
lum profectus, cum in eo bello vir bonus,
ac miles strenuus fuisset, omnibus fe-
re municipibus suis, quos ex municipio
Przemisliensi secum duxerat amissis, hec
rediens narrabat : id quod ego de parente
meo nuper audiui. Vladislaum plus mi-
nus duos, & viginti annos natum, magna
vi animi, ac multis prelijs secundis elatum
adeò fuisse, ut nullas copias Amurathi tan-
tas esse putaret, quas ille cum paucis &
excipere, & carpere dubitaret. Quare ille
ut vides : iuuenili errore, non violati fœ-
deris poena Amuratho succubuit. Cum
enim Vladislae eadem causa fuisset cum
Amuratho, que tibi est hoc tempore cum
Solymanno. Iisdem enim artibus Amura-
thus Vngariam petebat olim : quibus nunc
petit Poloniam Solymannus. & cum ar-
mis extorquere Vladislae ē manibus Vn-
gariam Amurathes non posset, ut item ti-
bi Poloniā Solymannus non potest. Il-
la ipsa arte, ac lege Machometica, cuius
supra mentionem feci: circumuenire cona-
tus est ingētis animi, atq; spiritus Regem.
Itaq; initio fœdere ille suo eum est agres-
sus, quod fœdus tñ nunq; esse duxit, neq;
ipse

ipse Pont: Max: neq; Vladislau: neq; postremo Capistranus ille Senensis, vt
hec quę nunc tibi sunt cum Solymanno
födera, ruine similiora, aut tempestati esse
quam föderi legitimo omnes autumant,
ergo conuenire omnia iam vides, & vns
dīq; Vladislai causam cum tua coherere.
At si te nemo perfidiosum: nemo necen-
tem: nemo periurum esse dicit: si hoc bel-
lum suscipis, atq; paras: contraq; Deus
ipse vocē ex ore omnium hominū mittat,
qua te ad hoc bellum legitimū, honestū,
necessarium vocat, quid est: quod quisq;
in consimili causa Vladislau: violasse fö-
dus audeat confiteri: non fuit igitur illud
Vladislai födus, föderi simile non fuit.
in quo, non fides ab Amuratho est habita:
non condiciones pacis seruatę: non Vns-
garia ab Amuratho födere fuit tuta. sce-
lus illud fuit: & vt iam dixi ruina quędā,
atq; tempestas & quiduis potius quam
födus, aut fides: aut religio, quę certe si in-
tegra fuissent, et si in illo sancto nomine
föderis non latuissent, vis, & insidię,
nunquam profecto neq; Pontifex Max:
author illius belli fuisset: neq; Capistra-
nus illud suasisset; neq; etiam Vladislau:

C iiii susci,

fusciendum apparandumq; sibi putasset.
Si em̄ summorum hominum authoritas
quid recte quidue minus factum sit nos
docet, vt quod hi probarint, rectissime
ac sapientissime factum putemus. Quis
Eugenio quarto authoritate grauior, pie-
tate maior, fide, religione, officio sancti-
or fuit: is tñ bellum illud iussit. quis Ca-
pistrano in Francisci familia vir melior?
quis constantior? quis moderatior? quis
legum, foederum, officiorumq; omnium
quibus hominum vita regitur ac continet
fuit obseruantior? vt princeps ille crea-
tor huius familiæ Franciscus grauior vir
non fuerit: vt quod Capistranus fecerit,
id non solum decuisse, sed etiam debuisse
fateamur. & tñ is non solum bellum sua-
sit, et ad illud gerendum Vladislauum acer-
simē impulit: sed illud ipsum bellum iste
idem Capistranus eadem vi mentis, qua
suaserat, etiam gessit: vt & errorem illum
Vladislai, qd' is imparatus Amuratho oc-
currerat: magna hostium cede corrigeret:
et illum prædarum, ac omnibus acerbium
fortissimi regis interitum, infinitis acer-
uis Turcarum compensaret. quod utiq; talis,
ac tantus vir nunq; ncq; Vladislao
suasit

suasisset, neq; ipse ducem se ad illud bel-
lum regi dedisset: neq; postremo reliquias
derelicti à rege belli asperrime persecutus
fuisset, si aut illo fœdere regem teneri: aut
illud bellū non esse iustum, atq; pium pu-
tasset. Quamobrem , desinant aliquando
isti infamia perfidię genus tuum contami-
nare: desinant optimi regis factum repre-
hendere: desinant etiam ea neglectę re-
ligioni tribuere, quę humanitati cuidam,
atq; ipsi fortunę, quę in bellis multum vas-
let : tribuenda sunt . videant præterea il-
lud, nē, cum de facto nobilissimi regis de-
trahūt, authoritates summorum virorum,
atq; sanctissimorum euentant, à quibus il-
lud Varnense bellum partim iussum: par-
tim verò gestum est . Que cum ita sint,
quid tandem impedit te , aut quid ab hoc
bello reuocat, num religio, Dei q; mœtus:
quem audis humana voce te ad hoc bel-
lum inuitare, num hominū fama: qui oms-
nes in armis spem salutis tibi demonstrant
num fœdus : quod ipse Solymannus ho-
stis nullum esse multis argumentis docuit,
num exempla fœderatorum illi regum:
at illa tibi documento, sunt eos solos re-
manere , qui fœdere Turcico impediti,

Cv manis

mature, insidijs cognitis, ex illis false fidei
laqueis euolauerunt. illos vero q̄ iparati cōtra
hostē pdibāt magna cū laude qdē, sed gra-
ui tñ nostro incōmodo cecidisse. reliquos
aut omnes, q̄ sicut religioni potius seruire,
q̄ suę saluti maluerunt, turpiter perire. quo,
tū ego miserias sigillatim cōmemorare nos-
lo, nē vel res notiores tibi, quām mihi reco-
gnoscere tecū videar: vel tuas augeā mole-
stias, cōmemorandis calamitatibus sociorū,
atq̄ amicorū, hoc tñ dicā, qd verè possim:
et quod apud Equites Polonos in cōcione
nup cum dicerē, intellexi vehemēter Eques,
strē ordinem cōmoueri. neminē nisi incau-
tū à Solymāno esse deceptū: neq̄ aliquē in
illius potestate venisse, nisi eū, q̄ abiectis ar-
mis fœderi se illius crediderat. deinde verò,
vt incēperā dicere, neq̄ illa tibi desunt, que
ptinēt ad tantum bellū administrandū. vt
sunt copię parti domesticę: partim aduētis-
cie. nā si equo censu regnū p te fuerit cen-
sum, absq̄ dubio, id quod etiā inter omnes
video cōuenire: cēsus hic ad CC. millia per
ueniet lectissimorū, & bello aptorū militū;
quorū tu singulo maniplo, multis legiōib⁹
Turcicis oppones. sit mō is census, p cōdi-
tione cuiuscq̄ & vite, et ordinis, cū em̄ alta

vita

vita, alius ordo sit Equitis, alius Sacerdotis
diuersus coloni, non eadē quoq; ratio. ijsce
ordinibus abs te adhibebit cēsus; sed p rata
fia qscq; parte militet Eques: det militē sa-
cerdos: cōferat cū negotiatore colonus. vt sic
& domini, & milicie ab omnibus Reipub;
satisfiat: cū Equitib; bello occupatis, ceteri
~~ex~~ religis ordinibus deimi māserint, q agros
colant, q negocient, quiq; iē diuinā curent.
in quo quidē censu, illa quoq; adhibet res
ctē moderatio, vt qscq; quēadmodū est su-
arum rerū dñs: ita sit quoq; suarū facultas
tū ipse censor: vt iuratus in cēsu pdeat mi-
les, qd' p ratiōe facultatū alīc p dīre in cēsu
nō potuerit, q pdicrit. Sacerdos q rura tes-
net, q militē aliū dare negerit, q dederit: q
xō decuma viuit, q p portiōe sua tantū cō-
tulerit, quātū sit iūlīus. eadē ratio sit coloni,
si absq; hoc qq; rustico, ac misero subsidio
bellū geri nō possit. pari mō negotiatores, q
in genere omnes sunt censendi, qui quauis
industria victum querunt: vt partem suam
aliquotam depēdant de lucro, vt illis instar
fundorū Equestrium, maneāt pecunie in-
tegrē: necq; eo veniant in censum, que illi, in
questum contulerunt. Sed quid ago, sanus
nē sum, qui hēc apud te dispuo; intelligo
quām

quām tibi sim molestus: & quā me iā dum tua alio vocat expectatio , quę mihi obloqui videtur. quid: ergo nesciebam ego hęc nisi tu admonuisses: sciebas tu qdē Sigismunde. quid enim est quod quidē sit in ratione administrādi regni positum, quod tuā scientiam subterfugiat: aut quod quisq; nouum, & tibi inauditum : aut quod non sepe per te agitatum in Repub. tēratumq; sit possit afferre: nihil est omnino . tantum abest, vt ego te moneam prestanti sapiētia virum; aut hęc ipsa noua tibi videri velim, lōgo rei um vſu doctissimo, atq; omniū q; vnq; regraiunt sapientissimo Regi . non adeo desipio. nō ita me ipsum ignorō, sed cū inicio mihi proposuisset, nihil eorum p̄termittere, quę tempus, & causa postulat, sensim huc incidi, vt etiam ea attingerem, q; latent, abdit. q; sunt in recessu excellētis prudētię tuę. Sed illud tamē meminisse debes, p̄ter domesticas hasce copias , quas modo exposui : multis quoq; aduentitijs multorum Regum, ac populorum opibus te ad hoc bellum Turcicū iuuari: quas vltro ad te deferunt omnes, non solū finitimi, sed etiam illi, quos tibi fortuna huius regni partim fœderatos, partim affines atq; necesarios

arios facit, neq; enim de fide, ac de officio
Q. Cesaris dubitare debes: neq; de societa-
te, acq; amicitia Ferdinandi regis, dederunt
eñ obsidem voluntatis suæ erga te hic sit
liam: ille neptem filio tuo vxori. cum ves-
tò preter hoc ius matrimonij sanctum atq;
legitimum, accedit vtrinq; periculorū omni-
um societas: ita vt nihil mali Cesari seors-
im. & Ferdinando possit euenire, quod tis-
bi non sit pertimescendum: nihil tibi, quod
illis quoq; non sit expectandum. quid ego
nūc sigillatim reliquos Germaniq; princi-
pes commemorē, cū h̄ rebus suis incommo-
dis vota faciant, vt tu memor aliquādo fis-
lie; quam Principi Marchie in matrimo-
niū dedisti: memor sororū, quas in Bauariā
am: in Misniam: in Pomeraniā: in Legni-
ciam nuptum collocasti: memor postermo
ipsius Germaniq;. quam refertā sanguine,
atq; genere tuo esse vides: soluas te aliquā-
do ex h̄īscē fœderū laqueis, quibus te Sol-
lymannus ad perniciē & tuā, et Germanos
rum, ac omnium Christianorū cōstrinxit,
vt falsa religione solutus, armis tibi pariter
cū Germanis salutem, ac libertatē queras.
Iam vero Italiq; principes, cū & ipsis perte-
nui discrimine à Græcia separētur, magno
se in

se in periculo quotidie viuere arbitrantur;
Et cum crebris excursionibus Neapolim,
atq; reliquas maritimas prouincias perire
indies cernant, videre illum diem cupiunt,
quo tu terra: illi mari, cōmunem Christia-
norum hostem Solymatum adoriantur.
hos tu igitur socios bellī cū sua sponte, cum
vero illa necessitudine, atq; affinitate ad-
dictos habes, quod clarissima, Bona Res-
gina tecum est nupta, que in uetus, ac pes-
ne cū ipsa Italia nata Sfforciadū domo
cum sit edita, non solum Neapolim, Bariq;
Regnum, sed etiam Venetos & Lombar-
dos illa robora Italię, tecum cōiungit, cę-
teroscę, qui horum aut imperio aut no-
mine continentur, qui omnes tibi aderunt,
cum primum legationibus, literis, nuncijs,
rumore postremo, ac sermone hominum
huius tui consilij, atq; voluntatis fama ad
illos peruererit. Quod ut commodius fiat,
illud ē re nostra fore videtur: vt Germani
nos principes per legatos viros graues, &
dicendi peritos in pristinā pacem, atq; con-
cordiā reducas. neq; em̄ licet: neq; fas est,
nos ex hoc bello aliquid sperare boni, dum
Germani incēsi inimicitijs in aciē prodeūt
et quādiū religionis nomē tantas inter illos
excitat

excitabit tragœdias. atq; utinā aliquando
hijsce disputationib; sit aliquis aut modus:
aut certè finis: quibus auersi Germani ab
imperij cura, tanquā in scolasticis philosophiā
tur ocosi. nunc de calice plebeio: nūc verò
de sacerdotū coniugio. ita illi cū nouas uxo
res sacerdotibus querunt, suas veteres amic
tunt cum liberis, ac fortunis omnibus, neq;
vero ego ille sum ferreus, neq; ita auersus
à Christo, vt me quoq; negem iniuria hac
comuni commoueri: sed tamen ego idē illo
lud confirmo, quod etiā nuper in maxima
concione Equitū Polonorum dixi. iniquū
mihi videri nunc, cū Machometus armis,
non argumētis fidem Christi demoliatur,
auocari principes à prouinciarū, & regno-
rū cura inanissimis questionibus. quā vocē
meam nō placuisse Germanis doctissimis
hominibus intelligo. quod hominū causam
potiorem esse putem, quā dei. ego vero nō
puto, sed cū videam conciliū sepius proroga-
ri: sepeq; nos spe inani eius duci, neq; ta-
men authore, neq; agente Paulo III. Pon.
Max: villo pacto ab armis discedi, ipsos ves-
tro Germanos religiōis causam sic tueri, vt
non multum sanè curēt, quas religio sedes
amissa Germania sit habitura, suasi tū Eq-
tibus

tibus Po: idē quod nūc apud te repeto, quo
te authore daret operā, vt alīqbus equis cō
ditionibus Q. Cēsar pacē in Germania cō
stituat: si non illā, que ad oēs leuandas iniū
rias pertineret: At faltē illā, qua ad tēpus cō
trouersijs sedatis hoc mōtu, atq; hac p̄tura
batione animorū, atq; rerū Germaniā tibe
raret. cuius dicti me sanē nōdum p̄oenitet.
quid eñ est, quod quisquā cōmodius in tā
to rerū motu in mediū afferat, quā est tum
hoc à me dictū: verendū mihi credo erat, nē
possē in illa cōcione cōsistere, si Cēsar om
nibus prouincijs, regnis, liberis populis, tā
luctuosam; tā acerbā: tā formidulosā dissen
sionē me suasore eriperet: p̄fertim cū videā
palā ab omnibus Cēsare rēphetidī, quod is
paruo labore magnas cōtrouersias tollere,
aut non vult; aut non curat. nam posse illū
omnes scimus. q̄ si veteres illos Constanti
nos, Theodosios, ac Sigismundos imitari
voluisset, qui inuitissimis omnibus coacto
pontificū cōcilio, facile omnes huiusmōi se
ditioēs ex Repub: tollebāt, iā pridē bella ci
uilia nulla haberemus. Cui loco Sigismun
de p̄ Christū Iesum, per sanguinē illius pro
te, & pro nobis fusum p̄spicito, & quantū
est in te p̄uideto, vt tantū dissidiū, tā turpē,
tā vetus

tam vetus, tā periculōsum, atq; nocēs, qd plurima de cīmēta christianis rebus īportas uit: qd Germaniā affixit: quod Vngariā euertit: quod tibi Valachiā etiū puit, hoc inq; tu malū tam latē diuisum, atq; disp̄sum, si vniuersū ex repub. christiana tollere neq;, at saltē aī aliqd tempus mitiges, atq; sedes. quod si Germani de studio nil remittū: ve redū est nē priusq; id assequāt, quod volūt, pereat Germania: Polonia etiā capta serui, at ipse prēterea Deus etiā si velit, nihil sum me rei, causēq; nostrę profit, si ita prudens tes, & scientes ad interitū ruemus voluntas riū, quod ne accidat tibi Sigismunde p̄uis dendū est: in eoq; necq; labore vllū: necq; curā, necq; diligentia p̄termittas, q̄ reduc̄tis in gratiā Germanis, pax desiderata cūctis gētibus per te restituāt: eaq; res tibi, regnoq; tuo opē, defensionē, auxiliūq; afferat: Cū Germani primū, deinde reliq; om̄es liberati, inimicitij ac odio ciuili soluti coēat facili ad tantū bellū, ac animos coniungāt, tibiq; in primis opē ferant, quē in medijs periculis esse vidēt: cui iminere Solymannū ex Vngaria: bellū denunciari ex Valachia: flāmā, atq; ferrū minitari ex Scythia cernunt, cui nihil prodesse foedus; nihil ius iurandū;

D nihil

nihil fidem: nihil religionē omnes intelligunt,
vt iā tibi prēcipue sit elaborandū, vt si non
aliorū causa, tuę tñ vitę, atq; salutis gratia,
in concordiā Germanos reducas, priusquā
Solymaniū huc veniat: actuos conatus om-
nes opprimat. pr̄esertim cū hoc agi, hoc co-
gitari, i eo etiā elaborari ab illo sentias, qmō
totū bellū ex Vngaria in Poloniā, quāpri-
mū transferat: vt quemadmodū olim p Vn-
gariā, in Poloniā parabat sibi viā, ita nunc
q; hanc eandē per Poloniā in Germaniā
cōtinuet, atq; cōficiat. Hic tu Sigismunde
efficias oportet facultate animi, cōsilijq; tui,
vt patriam ex hoc tanto mētu, ac periculo,
in q; nunc est: q; priū liberes, te illa solum
intuet: tibi se cōcredidit: sine te salua esse ne-
gt, tibi se postremō ad oīa oportuniſſimā
pr̄ebet & ad bellū gerendū: & ad exercitus
ornādos: & ad pecuniā quāta sit opus: cōfe-
rendā, nihil itaq; iā tibi à nobis deest, seq-
mur quoctūq; duxeris: adsumus omnes ar-
mati: nullus ordo: null⁹ locus: nullus homo
aliud abs te depositit, quā hostē, quā arma,
quā bellū. neq; vero tibi Solymaniū i Po-
lonia expectandus est, sed vltrō armis, atq;
ferro appetēdus, vt in Vngaricis potius ru-
inis, q; in nostris tectis bellū cū illo geram⁹.

ne

ne si illū domi apud amicissimas sedes, ac
deos penates expectauerimus, pro aris, &
focis cū illo pugnare videamur: nō pro im-
perio, neq; pro ea dignitate, quā nobis ma-
iores nostri multo sanguine partā reliques-
rūt. Deinde verò cū maior vis sp̄ sit inferē-
tis bellū, q̄ propulsantis, q̄ intra parietes do-
mesticos bellū cū hoste gerit, facile debilitat̄
eius animus, illa calamitate, cum ferro, atq;
igni vastata patria, cogitur illa videre, que
quis vulnere sunt grauiora. ut vexationē
coniugis: stupra filiæ: flammarum patriæ: cladē
suorū, in hoc specaculo tā a cerbo, & misere-
ro, et graui ad videndū, q̄ vis est: que mēs:
qui animus: q̄ à quoq; excogitata fortitu-
do, quā tanta acerbitas, ac tā horribilis rerū
facies non deiciat, ac prosternat. At h̄j q̄
procul domo hosti pro patria occurrunt, spe
bona freti, nulloq; acerbo sensu ex suorū
calamitate afflitti, integri, ac valētes longe
efficiunt̄ alacriores in pugna, quā si cū h̄c
eodē animo ante ora coniugū, liberorū, pa-
rentū cū hoste congrederent̄ armato: ac pe-
nè victore, quamobrē idē tibi faciendū est,
ut integris rebus tuis bellū cū Solymanno
vbius potius, q̄ in Polonia domi geras.

Dij li euā

li etiā omnia simul hosti obicere, militē, cū
q̄ pugnet: coniugē militis, quā stuprei: libe-
ros q̄s necet: fortunas, q̄s vexet: tecta, q̄ incē-
dat: tēpla, quę euerat. Sed cū hęc nobis do-
mi salua māserint, leuiora erūt illa vulnera,
q̄ excipiēm̄ foris, q̄ non obligabit exaīata
vxor: nō videbit cōstuprata filia: non luge-
bit vexatus patens: non cesa mater: nō incē-
sa grauiora reddet patria . hostis postremō
ipse nō habebit q̄ nos distrahat, quo minus
integras vires afficiamus ad pugnā: cū nihil
ante pedes fuerit, qd̄ nos metu, aut cura sol-
licitet, p̄ter illā necessariā, n̄ ē videbit turpi-
ter seruiamus potius, q̄ pulchrā petamus
per vulnera mortē qua sanē aut victoriē te-
faciemus, quod quidē det nobis deus: aut
certē illud assequemur, quod ipse scit
nobis expedire magis.

DIXI.

Typographus Lectori. S.

Nācti sumus amice Lector exemplū eius Epistole, qua
S. Orichouius Orationē suam cōr: endat Serenissimo
Sigismundo Polonie Regi. quā cum oratiōe absoluta,
Russia missam ab amicis accepissemus, quod cogniti-
one tua digna uidetur: eam hoc loco potissi-
mū subiungere libuit. Vale.

SERENISSIME, AC INVICTISSIME REX.

Non dubito quin admirata sit Maiestas tua, qd nam mihi in mentē uenerit ad te Regem regū scriberere. cū id mihi homini priuato, & tibi incognito, ac nē audito fortasse quidem, minime licere uideatur. uerū hæc est huius siue audacia: siue iudicij mei causa, quā Maiestati tuæ in primis probari cupio. cū enim Maiestas tua ita merita sit de suis, ut tibi post Deū omnia debeamus, nō putabā absq; culpa posse à me præteriri laudes tuas: q̄tus non minus ipsum te, quā Polonorū nomen illustrasti. qd' eti magnū sua sponte semper fuit, nulla in tā illiſtri laude unq; est celebratū, cui res à te gestæ lūmē nō int̄līsse uideantur. ut illæ oēs res præclaræ, q̄ partim domi, partim militiæ à maioribus tuis sunt cōstitutæ: illæ ipsæ uel amplificatæ sunt nominis tui gloria: uel etiā illustratæ s̄t lenore laudis tuæ. quod cū pro se q̄sq; in cœlū laudatus ferat, ego quoq; p̄ mea virili, suscipienda mihi putauit aliquā depositā partē laudū tuarū, ex tua immēsa glā. q̄ cū summa sit, nō meæ tantū uires, q̄ sunt exiguae: sed nec cuiusq; omnino ad res tuas gestas celebrandas, sufficiunt. quare partē aliquā de tuis rebus decerpere libuit: eāq; nostro mō mādere literis, p̄ stritatiq; prodere. Erit. n. uti spero, aliq; locus scriptis nostris apd' posteros: & fortasse extabūt aliq; q̄ nostra legēt: nō iā factate nostra adducti, q̄ qdē in me nlla est: sed magnitudine nominis tui cēmoti, qd' huiusmodi est, ut etiā uel in certissimo scriptori sua s̄tōte lectrē cōciliare possit.

Itaq; qd spēxere debeo: memoria nominis tui scripta
nostra uiuet: cōmendatiōe crescēt: rebus deniq; tuis ge-
stis inueteras cēt, & corroborabūtur. Sed quoniā ple-
riq; eruditū uiri d' Maiestate tua scripserūt: habebatq;
multi hūc quasi cōmūnē gloriæ tuæ campū, in quo ex-
currere facultas cuiusq; cognosciq; possit, uideo me
iniqua cōditiōe illis succedere. nā cū sim authoritate,
usu, ingenio, lōgē ab illis iu scribēdo superatus, tū ue-
rō ipsa fortūa. cū. n. alij florentissimis tuis rebus de te
scripsisset, mihi res tuas pturbatas, ac nimii pericula-
tas ad scribendū ipsa sors dedit. cū enim inclinatione
cōmuniū temporū, ipsa quoq; Polonia in mediū rerū
omniū certamen, atq; discrimē deuenisset, de ijs rebus
scripsi quas tempus ipsum afferebat: nō quas uoluntas
mea cupiebat. Scripsi enim nup ad Maiestatē tuā. Ora-
tionē de bello Tureis inferēdo. quæ nomine insignito
tuo, in manus hominū iā exiuit. quā etiā Maiestati tua
nūc mitto. in qua sanè conati sumus omniē rationē su-
scipiēdibelli, cū tua laude cōiūgere. In quo si nō afseq-
mur qd uolumus, id tu ingenio tribues minime uolū-
tati pari. conati certe qdē sumus, ut Lector intelligat,
te talē esse Regē, de quo nobis subditis uere licet glo-
riari. Hæc enim est demū pfecta regū laus, & cui fac-
te auditor acqescit, cū illi probati fuerint suis: & cū,
quasi illustrati suorū laude: celebrātur: præsertim si ea-
laus nō ab inuitis nascatur. qd' tuæ Maiestati utiq; cō-
tigisse uideo. Neq; enim, ut de me ipso loquar, ego de
Maiestate tua scripsi. ut aliquā bonā gratiā p hāc cau-
sam mihi qfīsse apud te uidear: cōtentus enim sum hoc
cōmuni tuo būficio, quo tu mihi patriā incolumē, pa-

rebas.

rentes, iuri, leges, libertatē postremō integrā præstas:
qbus ego tātis bñficijs abs te affectus, nō opus habeo
tēporis causa furari licentia fingendi, sed cū scīa nulla
re alia magis cōmendari hominū scripta, quā liberta-
te scribētis, nō aliūde petebā, quod in scriptis nostris
probaret Lector, nisi ex his rebus, quas esse in te non
solū ciues tui, sed etiā reliq omnes agnoscūt. tantūq;
abest ut hic aliqd tibi affingā, ut etiā metuā, ne repræ-
hēdar à multis, quod p uulgatas tantū laudes tuas, ac
penè cōmunes posuerim: maiores uero, et admirabili-
ores omiserim. quibz ego respondebo, me uidisse q dē
etiā illa, q̄ isti in me requirūt: sed assequā tñ non tantū
scribēdo, sed ne cogitādo quidē magnitudinē illorum
potuisse. Quāobrem primā à Maiestate tua peto, uti
m̄hi ignoscas, si tuo excuso nomine in ædēda hac ipsa
Ontiōe abuti videor: idq; ut impēdenti calamitati tri-
buas, q̄:tuis imminere ex Vngaria uides: peto, deinde
ut hāc quoq; epistolā, prolixiorē fortasse q Maiestas
tua postulat: boni cōsulas. subditiq; fidelissimi uolunta-
tē. eo animo excipias, quo soles reliquorū, et in pri-
mis eorū, q bñficia hāc tua cōmunia cōseruate salu-
tis, ac libertatis cōmunitatis, publice etiā scribēdo agno-
scūt. Bene ualeat Maiestas tua. Datæ Præmissa Kal.
Martij. Anno Chrtstii. 1544.

Eiusdē uestrae Sacrae, et Se-
renissime Regiae Maiestatis.

Fidelis subditus.

Stanislaus Orzechowski.



